

fio digna animadversione
 est, & patet ex eo, quod ve-
 rissime non est, velle Sum-
 mum Pontificem vno verbo
 legibus derogare. *cap. Ecclesia
 vestra de electione, l. si quando C.*
 64 de inofficiso testamento, & etiã
 quia non potest tollere leges
 iustas quantum ad eos, qui
 non sunt de sua tēporali iu-
 risdictione. *cap. si duobus de apel-
 lationib. cap. non is de iudicij. Et*
 65 sic dicendum est, Summum
 Pontificem prædicta statui-
 se observanda in quibus ha-
 bet temporale iurisdictionē,
 quia circa eos potuit ius ci-
 vile Romanorum derogare,
 & in relictis Ecclesię, vel ad
 piās causas per suos subdi-
 tos, & ita practicamur, & per
 Doctores intelligitur. *cap.
 cum esses, & cap. relatum. 11. de
 testam. & tenent Immola in d.
 cap. cum esses num. 13. Covarru-
 bias num. 12. Valasc. consult.
 74. num. 8. & 13. Qui dicit opi-
 nionem contrariam nō posse
 66 de iure, nec de praxi sustine-
 ri. Dueñas regul. 314. n. 3. Spi-
 nus in specul. testament. gloss. 31.
 num. 31. Molina de iust. & iur.
 disputat. 133. & 134. Didacus
 Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 5. Ordi-
 nand. Azevedus in leg. 2. tit. 4.
 lib. 5. Recopil. nu. 63. cum seqq.
 Cevallos commun. quest. 319. &*

quest. 700. Gomez Bayo in
 praxi. lib. 2. quest. 2. nu. 7. Bur-
 go de Paz in l. 3. Tauri 1. par.
 num. 799. cum Corneo conf.
 161 col. 3. lit. H. lib. 4. Et Ber-
 trando conf. 178. in fin. lib. 3. 2.
 part. Julius Clarus, §. testamē-
 tum quest. 57. num. 2. vbi hanc
 opinionem de generali con-
 suetudine roboratam dicit,
 Michael Grassus, eodem §. q.
 56. num. 3. vbi pro hac opinio-
 ne citat Benedictum de Ca-
 pra tract. regul. concl. 104. num.
 6. Anton. Pichardus in §. sed
 cum paulatim, num. 11. Instit. de
 testament. Ordinand. Capicius
 decis. 201. vbi testatur sic de-
 67 cisum in Regno Neapolis, &
 quod in terris Imperij præ-
 dictæ decisiones iuris Cano-
 nici non habeant locum in
 foro seculari, sed solum in
 foro Ecclesiastico, tradit cū
 alijs Marta de success. legal.
 tom. 2. part. 4. quest. 1. art. 8. nu.
 29. Guidon Papa quest. 543.
 Cardinal. Thuscus lib. 8. con-
 clus. 113. num. 1. Fachineus lib.
 6. controvers. cap. 47. Gasp. An-
 tonius Thesaurus lib. 4. forēf.
 quest. 35. nu. 3. & 7. Nigreiros
 de consecutione testamenti lib. 3. c.
 5. num. 22. Capicius Latro de-
 cis. 140. num. 24. lib. 2. licet cō-
 trariam opinionem velint
 cum alijs Diana part. 7. resol.

Moral. tract. 6. resol. 2. Tanne-
 rus in Defens. Eccles. libert. lib.
 2. cap. 8. Quam in casu de fa-
 cto tenuit Senatus Regius
 Hispalensis in causa cuiusdā
 mulieris ex oppido de Vtre-
 ra, quę in Civitate Hispalēsi
 in quodam Hospitali deces-
 sit, testamentumque cōdidit
 coram Parrocho Hospitalis,
 & duabus fœminis, & ani-
 mam suam. Instituit hære-
 dem, cumque fratres ab in-
 testato me eos patrocinate,
 testamentum ex defectu so-
 lemnitatis impugnaret, ob-
 tinuit adhuc testamentum
 minus solemne ad piās cau-
 sas, multis ex his non ani-
 68 madversis, est enim magis
 communis opinio cōtraria,
 & multis decisionibus fulci-
 ta; lis autem cōtroversa fuit
 in Regio Tribunali, licet ani-
 ma fuisset hæres instituta,
 quia cum dubitatur de va-
 lore testamenti à seculari
 confecto tunc iudex secularis
 competens est, cum publicatio,
 & insinuatio testamenti ad secu-
 larem pertineat, Carlebal de iu-
 69 dicijs tom. 1. disput. 2. num. 332.
 l. 15. tit. 4. lib. 5. Recop. l. repeti-
 ta 39. C. de Episcopis, & Cleric.
 l. consulta divalia 23. C. de te-
 67 stam. secus autem fuisset, si
 ageretur de executione te-


stamēti ad piās causas facto,
 nam tunc pia causa instituta
 privativè pertinet ad Eccle-
 siasticum cognitio, & volū-
 tatis piæ executio; ope-
 ra enim pia sunt de foro
 Ecclesiastico, *cap. nos quidem
 cap. indicante, cap. relatum el 1.
 de testamentis, cap. noverint 10.
 quest. 2. l. 5. tit. 2. lib. 1. Recop.
 Gloss. in l. si quis Titio, ff. de le-
 gat. 2. Tiraquellus in præfat.
 ad piās causas num. 13. Abbas
 conf. 47. lib. 2. Rota decis. 509.
 num. 1. & 2. part. 1. D. vers. Sacr.
 Palat. Gutierrez lib. 1. Cano-
 nic. cap. 35. num. 23. Valenzue-
 la Velazquez conf. 65. num. 33.
 68 vol. 1. Et anima hærede insti-
 tuta ad Ecclesiasticum testa-
 menti executionem compe-
 tere, ex multis resolvit Ferro
 Manrique part. 1. quest. Vica-
 rial. quest. 22. quā resolutionē
 admisit dictus Senatus His-
 palensis in causa cuiusdam
 Lusitani, qui animā instituit
 heredem, cumque per iudi-
 cem secularem procederetur
 ad sequestrationem bono-
 69 rum, me executoris, seu
 commissarij partem patroci-
 nante, iudex Ecclesiasticus
 inhibuit secularem, & eo ad
 Senatum causam deferente
 per recursum violentię, non
 facere vim Ecclesiasticum in
 hu-*

huiusmodi cognitione decre-
tum fuit. Licet enim execu-
tio testamentorū mixti fori
sit ex l. hereditas, ff. de petit. ha-
redit. l. nulli. C. de Episcop. & cle-
ric. l. 36. Tauri, Carleval. disp.
2. num. 333. optime Diana 4.
part. trad. at. i. resolutio. 99. no-
tavi ego in Propugnaculo Hie-
rosolymitano discept. 13. cap. 12. 70
num. 44. tamen quo ad pias
causas merè spirituales iu-
dex Laicus non se immiscet,
ex cop. decernimus de iudicis.
Cevallos de cognit. per viam
violent. 2. part. quæst. 84. nu. 12.
Marta de iur. sūditione. 2. part.
cap. 10. num. 14. Carpio de exc-
cutoribus testamentorum lib. 1.
cap. 21. num. 4. Diana part. 8.
tract. 5. resol. 55. in fine. quam-

vis contrarium velit D. Fra-
ciscus Hieronymus Leo de-
cis. Valent. 20. num. 42. tom. 1. in
hac autem executione pia-
rum voluntatum quis iudex
præferendus sit, an originis,
domicilij, vel rei sitæ vidi
etiam dubitatum, & licet de
iure communi iudex origi-
nis, vel domicilij præferatur
iudici ubi res sitæ sunt, l. nulli
C. de Episcop. & Cleric. Specu-
lator in tit. de instrument. edit.
§. nunc verò aliqua 13. num. 87.
Marta dict. cap. 10. num. 9. &
de success. legal. part. 4. quæst. 15.
art. 1. num. 3. & 8. tamen de iu-
re Regio locus est præven-
tioni ex lege §. tit. 10. partita 6.
ubi Gregorius Lopez glos. 3.
Carpio d. cap. 21. num. 6.



CAP.



CAPUT VII.

DE TESTAMENTO INTER LIBEROS
imperfecto ratione voluntatis, an favore liberorum sustineri
valeat ad legem final. C. familia erciscunda, & uti in iure
Regio ex decisione legis 3. Tauri requiratur in illo eadem so-
lemnitas, quæ requiritur in testamento inter extraneos; & an
schedula in arca reperta manu testatoris scripta inter
liberos sustineri debeat. & ex quibus
cognoscatur perfecta, vel
imperfecta.

SUMMARIUM.

C Vrtius Iunior testamē-
tum inter liberos im-
perfectum ratione vo-
luntatis sustineri posse tenuit,
cuius authoris verba referun-
tur. 1.
Testamentum inter liberos im-
perfectum ratione voluntatis
invalidum esse ex communi
Doctorum assensu, cōtra Car-
tium reso. vitur. 2.
L. final. C. familia erciscunda in-
terpretatur. 3.
Testamentum inter liberos non
solemne sustinetur de iure
communi. 4.

Solemnitas requisita in testamē-
to inter extraneos, an iure re-
gio requiratur in testamento
inter liberos, quæstio est con-
troversa. 5.
Lex correctoria iuris communis
tantum corrigit quantum illa
expressum est. 9.
Legem correctoriam ex eadem,
aut maiori ratione extendere
non licet. 10.
Privilegio derogato quantum ad
vnum, quantum ad alia com-
probatum censetur. 11.
Solemnitate testamenti vna dis-
pensata, in cæteris remanet

H vir-